UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Septem ordines in ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64468

Visual Library

nihil uolũt intelligere, quia ipſimet nutant in fi-
de ſua, diuiſi ſunt, diſtracti ſunt: Quiſq; uiam ſu-
am ſpectat: Quiſq; à termino ſuo ad emolumen-
tum ſuum propenſus eſt, uenite aiunt, ſumamus
uinum & impleamur ebrietate, & erit ſicut ho-
die ſic & cras, & multò amplius exite de illa ſo-
cietate, ô Chriſtifideles, ne de plagis eius accipi-
atis, Apocalypſeos 18. &c.

Eſai. 56.

SEPTEM ORDINES, MAiores & Minores in Eccleſia, & quæ ſingulorum munera.

VArios eſſẽ gradus in uinea Zebaoth ſc3 ec-
cleſia, probat Heſaias cap. 54. Ecce ego,
inquit dominus, ſternam per ordinem
lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris & ponã
Iaſpidẽ propugnacula tua, & portas tuas in lapi-
des ſculptos, & oẽs terminos tuos in lapides deſi-
derabiles, &c. Oſtẽdens eccleſiã multa bona habi-
turã munitiones, diuitias, (quæ ſunt Chriſti & fi-
liorũ eius uidelicet pauperũ) Artificia: ſapienti-
am, Pacem, iuſtitiã, manſuetudinem, deſtructionẽ
hoſtium eius, & quàmplurimos Cathechumenos,
ſternens per ordinem lapides, alios Prophetas,
&c. 1. Cor. 12. Et Hiobus Vzita cap. 5. Cum la-
pidibus

Vide Irenæũ lib. 3. cap. 40.

pidibus regionum erit pactum tuum, ad illos reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs, & reædificabitur domus mea, inquit dominus. Inſtituit olim ſanctus ille legislator, qui non ſemel in dei colloquium admiſſus eſt, miniſtros: Numeri 4. 1. par. 25. 2. pa. 8. Inſtituit, imò auxit & Hymnidicus ille Pſaltes, & miniſtrorum numerum, & officia. Hos imitati ſunt ſacratiſsimi quiq; imperatores. Iam uerò plures eſſe in hac domo, in ECCLESIA, ordine & officio diſtinctos miniſtros, uberrimè teſtantur ſacræ literæ. Hiob inquit, ca. 26. Spiritus eius ornauit cælos: ut enim cælum ſideribus: Ita eccleſiam ornauit & præfulgidam reddidit miniſtris. Idem Pſalmographus corroborat, Pſalm. 44. Adſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Proinde cum lex umbra ſit futurorum bonorum, lege autem multi erant miniſtri ſacrorum uaſorum adminiſtratores, operæ precium, ne ueritas obſcurior ſit umbra, & nox luce ipſa, & in Euangelio quoſdã eſſe officio, ordine, ac dignitate diſtinctos. Omnia enim, inquit fortis fidei agoniſta, ſecundum ordinem, & honeſtè fiant in uobis. Et Aggeus ca. 2. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ, pluſquàm primæ, dicit dominus exercituum,

Hebræo. 8.

1. Cor. 14.

tuũ, & Paulus Ro. 12. Nunc autem multa mem-bra, idem autem corpus, omnia autem mem-bra non eundem actum habent: et quoſdam quidem dedit deus in eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò doctores, deinde uir-tutes, exinde gratias curationũ, opitulationes, generalinguarum, &c. De hac re copioſe The-ophylactus in cap. Luc. 19. Tria, inquit, uide-mus in eccleſia eſſe: purgationem, illuminationẽ, & perfectionẽ. Tres enim operationes illas ſor titi ſunt ordines: Diaconi purgant, per inſtru-ctionem & doctrinam. Preſbyteri illuminent per Baptiſmum: (de illis uide locos. 1. Timot. 4. 2. Ti. 1. Tit. 1.) Epiſcopi & ſacerdotales or-dines conſtituãt, perficiant, ordinant. Vides or-dines cum operationibus, & neq; plures neq; pauciores ordines. Illis ergo ſeruis diſtribuit 10. mnas, hoc eſt, dona, quæ unicuiq; data ſunt in u-tilitatem, hæc ille. Hieronymus ad Ruſticum Mo nazontam, (ſecundum Epiphanium) inquit, Sin-guli eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipreſby-teri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo eccle-ſiaſticus ſuis rectoribus nititur. Vide eundem Hierony. contra Ruffinum: Epiſcopus, inquit, & preſbyter & omnis gradus eccleſiaſticus ha-beat ordinem ſuum. Et idem D. Hierony. in epi-

Theophy lactus.

taphio

-taphio Nepotiani, inquit: Fit clericus, & per ſolitos gradus preſbyter ordinatur &c. De initiandi delectu uide Apoſtolum ad Timotheum & Titum, & Cyprianum Epiſtol. 6. ad Magnum lib. 1. & Hier. in Eſai. cap. 19. De gradibus Eccleſiaſticis, Arnobius Pſalm. 135.

Vocantur EPISCOPI, id eſt ſuperintendentes, ab ἐπισκοπέω quod eſt conſidero, uel ἐπισκέπτομαι, quod eſt uiſitare: illorum enim eſt ſuperintendere, uigilare, gerere curam ſuper eos, quibus præficiuntur. Dicuntur ANTISTITES, ut qui quantò cæteris anteſtant authoritate & dignitate, tantò etiam debent ſuis ſubiectis anteſtare uirtutibus & diſciplinis: Antiſtes græcè prophetam ſignificat: Paulus Hebræo. 13. illos egumenos, id eſt, duces anteſignanos uocat. Vocantur etiam Epiſcopi, Hyperetæ, id eſt, apparitores. Alio nomine epitacteres, id eſt, præſides: Alio nomine pontifices, à poſſe & facio, ut Scæuola affirmat: ut autem Varroni placet, à ponte, &c. Videant ut ſint roſæ: Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo. Bonũ ergo opus deſiderat, qui Epiſcopatum ritè deſiderat, Matthiæ is, & aliorum Apoſtolorum eſt collega. Qui faſtum, luxum, inanem gloriam mundi (fucatæ meretricis) quærit,

1 Epiſcopi nomẽclatura.

Iudæ

Iudæ conſors, domino deo pœnas dabit aliquando, Matth. 25. Dæmonium mutum (ſcribit D. Gerardus Lorichius Hadamarien.) eſt Epiſcopus indoctus, non docens, non exhortans non arguens, hæreticis os non obſtruens, atq; reuincens,&c. Epiſcopos inſtituit Paulus, Act. 20. Phil. 1. Tit. 1. De epiſcoporum moribus, 2. Cor. 2. 1. Tim. 1. 2. 4. Timot. 12. 4. Titum 2. Acto. 20. Epiſcopatum an deſiderare liceat, 1. Timoth. 3.&c. Qualiter debeant Epiſcopi ordinari, uide Canones cõcilij Carthagineñ. 4. cui interfuerunt 214. Epiſcopi. De officio epiſcoporum, quod eſt prædicare populo, curare infirmos: proſpicere miſeris: Item de prædicatoribus inſtituendis, uide canones concil. Lateraneñ. Can. 10. &c. De conſtituendi poteſtate, Titum 1. Epiſcopos humiles eſſe debere tota ſcriptura diuina teſtatur, unde eccleſiaſt. 3. Quanto maior es, tanto magis te humilia, & in conſpectu domini inuenies gratiam. Et iterum, cap. 32. ducem te conſtituerunt ne eleueris, ſed eſto inter eos, quaſi unus ex illis. Et Hieron. ad Nepotianum: Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, &c. Deſidiam Epiſcoporum reprehendit in decretis Damaſus PP. de Infulis uide Ambroſ. Epiſtol. 59. Mitra autem bicor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis noui pariter ac ueteris inſtrumenti ſcientiam deſignat. Duæ fimbriæ ſpiritus & litera. Chyrotecæ, purum manuum officium indicant. Pedum, populi uitia caſtigandi poteſtatem attribuit: debent enim Epiſcopi incolumitatem gregis ſibi crediti præcipuè curare: Sanguinē eius requiram de manu tua, dicit dominus. Ezech. 3. Baculus eſt acutus in fine, rectus in medio, retortus in ſummo. Sic pontifex debet per eam pungere pigros, regere debiles, colligere uagos, &c. Annulus Chriſti & eccleſiæ copulationis, ut pignus & fidei ſacramentum, habetur. Linea ueſtis ſumma, quæ niueo candore inſignis uitam undiq; puram admonet, Pol. Breuiter: Nouem ſunt ornamenta pontificum ſpecialia, uidelicet caligæ, Sandalia, Succinctorium, tunica, Dalmatica, Mitra & Chirothecæ, annulus et Baculus. Quia munia nouem ſunt in quibus ſpecialis Epiſcoporum poteſtas conſiſtit: uidelicet clericos ordinare, uirgines benedicere, pontifices cōſecrare, manus imponere, Baſilicas dedicare, degradādos deponere, ſynodos celebrare, Chriſma conficere, ueſtes et uaſa conſecrare, &c. Vide Innocenti. 3. lib. de altaris myſterio 1. ca. 10.

Nouē ornamenta ſpecialia pontificum.

SEquitur ordo preſbyterorum, id eſt, ſeniorū: unde non propter decrepitā ſenectutē,

ſed propter ſapientiã ſacerdotes preſbyteri nõ minantur, Vide 2. Epiſt. Anacleti ad Epiſcopos Italiæ. De ordinatione horum Actor. 6. 1. Timot. 3. *ſint pudici, nõ bilingues,* clemens Epi. 2. Anacle. Epiſt. 1. &c, Dicti à ſacris, ſacrificant enim dant & docent: Ipſis datum euchariſtiæ ſynaxioſuè ſacrum litare. *Si plebeis hominibus orationis cauſa,* inquit Ambroſ. ſuper locum 1. Tim. 3. &c. *ad tempus ſe abſtinere præcipit* Paulus, *ut uacet orationi, quantomagis Leuitis & ſacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe ſibi commiſſa oportet orare? Mundiores ergo debent eſſe cæteris, quia actores dei ſunt,* hactenus ille. Septuaginta duos, Lu. 10. deſignauit dominus. Qui præfigurarunt preſbyteros, ſicut Apoſtoli ſancti Epiſcopos, inquit Hieron. ibidem. Sacerdotium uocat Epiphanius Hagian Hieroſynen, &c.

Sacerdotes actores dei.

3 DIACONI ſacroſancti miniſterij miniſtratores, (dionyſ. Areopagita, in Epiſt. ad Hieronem diaconum) ſequuntur. Quibus cenſura morum commiſſa eſt, Verbum dei ij gentibus prædicare debent, & in ſacris eccleſiæ actibus ſacerdoti deſeruire: præuaricationes cum cleri tũ laicorũ Epiſcopis ſignificare. Hos conuenit eſſe μαρτυρȣμένον, id eſt, boni teſtimonij

Diaconis quæ cenſura commiſſa.

Et

Et ſpectatæ probitatis. Conſtat diaconatus ordinem ab ipſis celebratum Apoſtolis (ut in Actis & libro praxeon legitur.) Septem uiros plenos ſpiritu ſancto, adhunc elegerunt gradum miniſterij, & oratione præmiſſa manus eis impoſuerunt, conſecrationis eorundem formam tradentes & relinquentes poſteris. Quocirca diaconus, corde purum, ore mundum, opere caſtum ſe ſtudeat exhibere. Euangelion enim, puteus aquarum uiuentium, non fluit impetu, id eſt, liberè, niſi de libano, id eſt de corde caſto, & ore candido. Non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, dicente domino, eccleſ. 15. Pſal. 49. Quare tu enarras iuſtitias meas, & quare aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum? De diaconorum ordinatione, 1. Corinth. 4. 2. Corint. 3. 11: 2. Timoth. 4. Actor. 1. Protodiaconus fuit S. Stephanus: Hunc uocat Damaſcenus taxiarchon, id eſt, anteſignanum: & Athanaſi. lib. 11. contra Arria. primitias martyrum, hæc parergôs. Diaconatum prophanum miniſterium facit Lutherus excucullatus cum incircunſpecto Cardi. Caietano, &c, Pigh. lib. 2. cap. 4.

Diaconis adiumento dati ſunt miniſtri qui apud hebræos Nathinnei appellantur dati uel donati, Eſdræ 2. nunc. SVBDIA-

CONI, quòd Diaconis ſubſint. Horum munus oblationes percipere, calicem, patinamq; attrectare, & ad ſacrificiũ deferre.

Delegit & alios nonnullos ordines Eccleſia. ACOLYTOS, id eſt, Ceroferarios ſeu ſequentes, ſequebantur ſemper Epiſcopum, unde & nomen habent: Nam acoluthos græce, ſequentem latine ſonat: Candelabra, luminaria, urceolos ad aram diſponebant, atq; portabant.

OSTIARIOS, hos uocat Ignatius in Epiſt. 12. ad Antiochenſes, cuſtodes ſanctarum portarum (ianitores epiphanio ſunt thyrori.) Horum munus eſt oſtijs baſilicarum adſtare, indignos aſpectu & communione ſacramentorũ, è templorum foribus excludere, uide Ambroſ. Epiſt. 33. lib. 9. Auba: lib. 2. cap. 12. &c.

LECTORES, horum munus eſt lectione ſeu recitatione ſcripturarum populum in eccleſia inſtituere, fidem ſanctis uocibus paſcere. Vide Tertullia. in Apologetico cap. 59. de diſciplina Chriſtiana. Hos uocat Epiphanius Anagnoſtas.

ἐξορκίζω, adiuro. ἐξορκιστὴς, adiurator.

EXORZISATORES, (hos Epiphanius exorciſtas, latine eiuratores uocat) Energumænis manus imponebant, & ſolennibus coniurationibus inquietos in eccleſia compeſcebant,

bant, uide Ambroſ. in capite 4. ad ephes, &c.

Nemo ergo ſe Chriſto dignum putet ſeruum citra operam. Operæ exemplum habet Epiſcopus in Apoſtolo & eius diſcipulis Timotheo & Tito: Sacerdotes in ſacerdotum exemplo, acto. 14. 1. Tim. 5. Diaconus in diaconorum Act. 6. 7. &c. Viderit quisq; ut ſuæ reſpondeat uocationi: Si cum ſeculo gaudemus, uerendum eſt ne cum ſeculo & lugeamus, de idololatria, & ſeculo poſtea lugente gaudebimus. Sic Eleazar alias Lazarus, apud inferos in ſinu Abrahæ refrigerium conſecutus, contrà diues in tormentis ignis conſtitutus, hæc Tertul. Doceant igitur inquàm, non in friuola garrulitate, ſed in doctrina, ſecùs facientes condemnabuntur. Nec hoc interim reticendum, ordines conferre cum ſigno ſenſibili gratiam, ſcripturæ loci ſunt teſtes ueraciſsimi, Math. 10. Marc. 6. Luc. 10. Luc. 22. Ioan. 20. Acto. 13. Titum 1. 1. Timot. 5. 2. Timot. 4. Phil. 2. 1. Theſ. 5. Heb. 5. 1. Pet. 5. Act. 20. Act. 6. Phil. 1. 1. Tim. 3. &c.

Ignatius ſancti Ioannis diſcipulus ad Trallianos, extollit dignitatem prothomiſtarum, ſcilicet Epiſcoporum, præſbyterorum: Et diaconorum. Et ad Antiocenſes inquit. Saluto ſancto preſbyterum ueſtrum, ſaluto ſanctos

diaconos. ſaluto ſubdiaconos, Lectores, Cantores: Hoſtiarios. Laborantes: Exorciſtas, atq; confeſſores, &c. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 3. ab initio meminit Acolythi. Gradū cathedræ ſacerdotalis meminit D. Cyprian. lib. 2. Epiſto. 5. Et Ambroſ. in 1. Timot. 3.

Habent & puri ſpiritus in ſuis choris ordinem, ut apertiſsime gentium doctor ad Epheſ. 4 alijsq; locis manifeſtat. Etiam longe decātati ſuperſtitioſi & miſeri gentiles ſuos flamines. Archiflamines: & protoflamines habuerunt. At nunc, eheù, barbatos apertiſsimis calceis ad aras ſtare decorum eſt, ſæculo iſto iudice. Coronula uerò tonſa & terete pileolo cum calari ueſte, ἀχήματου: Hodie certè multi inſinuant fidem & nullam habent: Miniſtros creant & non ſunt. Promittunt libertatem ipſi corruptionis ſerui. Qui iuſiurandum uiolat, fidem uiolat, inquit Cicero, Chore cum
Nume. 16. ſuis, nihil intereſſe inter ſacerdotes & leuitas præſumens, deo iudice, hiatu terræ abſorptus eſt. Et Oſias rex cū opus ſacerdotale præſumeret, lepra percuſſus eſt: ſed ad inſtitutum. Nunc inquàm qui forſitan ſacerdotio digniſsimi fiunt ciues, & contra alij ſeplaſiarij fiunt ſacerdotes

dotes, qui uix ſuibus paſcendis idonei ſunt: & niſi uigilauerit magiſtratus ſemper in eccleſia ſal erit infatuatum, & terra ſalſa. Mirum: execrantur nunc Angelici, ut ſchematicè loquar, ceu toxicum eccleſiaſticos gradus: At illorum bona temporalia, rapaciſsime in ſua aluearia auehunt.

CHRISTIANÆ PLEBIS gradus.

HAbet & reliqua plebs Chriſtiana ſuos gradus, primus eſt audire uerbum: Intelligere, ſecundus. In memoria retinere, tertius: corde credere uerbo eſt quartus: Verbo fidere, eſt quintus: Verbi præſcripta fideliter re ipſa complere, ſextus eſt & ſummus gradus. Non auditor legis, ſed factor iuſtificatur inquit Paulus Roman. 2. Eadem loci ſcripturæ confirmant, Matthe. 25. 1. Corinth. 4. Pſalm. 44. Ezech. 33. Matth. 7. Et ſcitum eſt hoc Iuſtini martyris. Non in uerbis, ſed in factis ſita eſt noſtra religio. Et Seneca facere docet philoſophus, non dicere tantum, philoxenus erat Loth, Tobias, φιλόξενος, id eſt, hoſpitalis, Nazir καὶ λειτουργος Samuel, &c.

Digreſſio.

Fides per charitatē operatur.

Id eſt, Nazareus & ſacerdos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Audiamus igitur tonantem buccis plenis fratrẽ domini: Iacob. 2. Vis ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter, nonnè ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? uiden' fidem conſummatam eſſe ex operibus? & Phinees, Numer. 25. pro opere quodam, quod ingenti zelo patrauit, audiuit. Ecce do ei pacem fœderis mei: & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zelatus eſt pro deo ſuo. Sic & Dynaſtes credidit quidem uerbo Chriſti, ſed & obedientiam preſtitit: Eſt enim fides, qui per charitatem operatur, donum dei quam omnibus adaugere ſolet deus liberaliſsimus. Similiter & Raab meretrix nonnè ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens exploratores? Fatuis uirginibus, inquit D. Chriſoſtom. in 6. cap. zach. non infidelitatis, aut peruerſæ fidei crimen munitur, ſed olei tantum defectus. quia ſcilicet miſericordiam non exercuerant, neq; eleemoſynas fecerant. &c. De fidelium operibus, uide eundem Chryſoſtomum Homil. 7. in Hebre. cap. 4. Nazianze. Oratione 26. Ambroſ. in 2. Corinthior. 3. & in 1. Corinthior. 7. Auguſt. contra Iulianum pelagianum li. 6. ca. 117.

Vide deutero. 13. 2. Ioan. 3.

Ioſue. 2.

Fides

Fides impetrat, quod lex imperat. Et eũdem Auguſti. Pſal. 91. Gregorium lib. 6. epiſtolarum ca. 179. Damaſcenum lib. 4. ca. 10. Baſilium in Pſa. 114. Auguſti. Epiſtola 157. Eundem in præfa. Pſal. 31. & in Pſal. 52. Hilarium in Pſal. 2. & in Pſal. 51. &c. Sicut ergo corpus ſine ſpiritu cadauer & truncus eſt: ita & fides ſine operibus cadaueroſa, et effigies in ſpeculo euanida: Sciẽdum autem merita noſtra eſſe dona Chriſti, palmes enim non fert fructum à ſemetipſo, niſi manſerit iu uite, hæc parergôs.

CONVENTIONES IN ecclesia.

SI eccleſiam non audierit, inquit Agonotheta ſiue Choregus Chriſtus, Matth. 18. ſit tibi ſicut Ethnicus et publicanus. Vnde S. Gregorius: Vbi ſunt, inquit, qui Eccleſiæ cõuentũ præſumunt contemnere, & uenerandæ congregationis preces ſolitarias anteferre? Si duobus uel tribus ſimul poſitis, IESVS medium ſe promiſit, quid non dabit plurimis? Legimus Moyſen Exo. 18. Deutero. 17. & 18. Seruum domini, uoluiſſe ſynagogam populi eſſe iudicium: etiam eidem ſacerdotes præfecit, qui nõ tantum de lege, ſed etiã